



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 4. Facile est hoc præceptum, est enim scedula consignationis Dei, ex amore, quo eum diligere obligaris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

rentia & obedientia dignissimum : Dominum tuum , patrem tuum , benefactorem tuum , tuum amicum , tuum relemptorem , qui tibi esse , vitam & respirationem dedit , qui te diuino suo subsidio fonet . Illa vero lex , si diaboli inimici cui , destructoris tui , qui tibi damnum intulit , mortem adfecit & perditionem , & cui non aliud in mentem venit , quam te barathro abloptum videre damnationis , Secunda sit , quod Deus , cuius si legibus obtemperes , primum offeret , regna , gloriam , caelos , calcare stellas , & omnis boni abundantiam . Diabolus , si legibus ab eo factis consentias , hæc sunt , quæ tibi spondet , dolores , mortes æternas ignis , vermes corrosores , duriora tormenta & sine fine duratura . Quando ad nihil eorum aures præbes , quæ tanti sunt ponderis : id saltem egeris , considerando ea quæ tibi præcipit , cum diabolus nihil aliud tibi iniungat , quam labores , angustias , sollicitudinem perpetuam . quæ si qui fecerint , tandem post pusillum lassatos esse conuerterunt , & grauissimo pondere oneratos : quorum lamenta sic describit Sapiens . *Lassati sumus in via iniquitatis , & perditionis , & ambulauimus vias difficiles .* Quæ vero tibi Deus mandat , ad quietem , pacem , suauitatem spectant , vt pacificus viuas , securus dormias , lactus comedas , hilaris incedas , corpore & anima tutus . O quam multis possemus occinere verba illa , quæ Dominus tanta emphasi populo suo rebellis olim dixit : *Es quod non seruius Domino Deo tuo in gaudio , coralsque lætitia , seruius inimico tuo &c .* & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam , donec te conerit . An tibi pacem non placeat conciliare : faciendo Dei voluntatem , ignoscendo ei qui te calumniatus est , viuere in pace , quiete latari in domo tuacum vxore , filiis , & bonis tuis : Diabolo seruius , qui tibi viuidictam suadet , & cernici tuæ iugum imponet , iugum intolerabile prædonum quod tibi vitam , bona , quietem auferat , & curis , angustias , stimulis , laboribus contritum diseruciet , donec corpore & anima æternum te disperdat .

§. 4. Facile est hoc præceptum , est enim scedula consignationis Dei , ex amore , quo eam diligere obligaris .

**R**euoluamus denuo hunc bolum , eumque commanducemus : & facile ( sic vobis affirmo ) traicietur , facile erit amare *Hieron. Bap. de la Nuxa. Tom. 1.*

inimicos . O Pater , & hoc nobis affirma : quem modum reperies , quo mihi sit facile cum , qui me odit , diligere ? ei benefacere , qui me persequitur ? Delectaret valde : si mihi hoc persuaderes , licet foret permolesum & ultra vires meas , & vix obmuturando , quiescerem . Mouit mihi risum conceptus quidam , tam festiuus , quam oratorius eius qui cum tantus esset , nomine aurei oris gloriatur . Diuus inquam Chrysostomus Concionem habuit hic Demosthenes Christianus ad populum Antiochenum : *Hom. 68.* & multis rationibus ei conatus est persuadere ad populi dilectionem inimicorum ; ad hoc disertissima & sum. Te. 3. compositissima vltus est oratione vt videtur . *Qua Epist. 13. ad Paulum circa finem.* si quidam flunius eloquentia : prout Diuus Hieronimus Lactantium intitulauit , cumque iam totis viribus intenderet , & omnibus neruis orationis fluxum prosequeretur , subito sublitit , & ait : Quid mihi proderit , quod me ipsum excruciem , & velis remisque contendam vobis persuadere inimicorum dilectionem , cum sermone habeam ad eos , qui ne quidem amicos suos diligunt , vt decet . *Non aduertebam hæc dicens , cum tu , qui neque patrem se diligentibus exhibent charitatem , sermonem esse .* Et sic se res habet , quam paucos inuenies , qui diligentes se diligunt ? quæ ingratitude parantur benefactoribus ? quæ beneficiorum obliuio ? quæ amicitia vincula contempta ? Quot mala correspondentia ? Si aures præstes , quas quæso quectas & quidem iustas de amicis es auditurus , prodictiones , dissimulationes ? de quibus eleganter Diuus Hieronymus perpendens illa Domini verba ex Michaa . *Nolite credere amico , & nolite confidere in duce , ab ea qua dormit in sinu tuo . clauda claustra oris tui : quia filius contumeliam facit patri , & filia consurgit aduersus matrem suam & nurus aduersus socrum suam & inimici hominis domesticus eius .* An arctior detur amicitia ratio , quam ea , quæ est inter patrem & filium , inter matrem & filiam , inter fratrem & fratrem & cetera . Nequaquam , porro quam male sibi conueniunt adducit hic Diuus Hieronimus Proverbium illud . *Amicus dum quaeritur , vix inuenitur , difficile seruatur .* Multi mirantur quod scripsit Cicero , omnibus retro sæculis vix duo aut tria paria amicorum inueniri , qui reciprocam interesse seruarent amicitiam , qui fuerunt Pylades & Orestes , Damon & Pythias : Nylus & Eurialus , Et si modo amicitias consideremus , o vti nam vel vnam ex illis , integram & inuiolatam , & æqualem inueniamus . Si igitur isth

Cap. 1. 7.

Deutero. 21. 47.

Li. 2. in. 2. 7. Mich. Mich. 7. 3.

D. Hier. lib. de Am. 1.

13. 74

2

fit

fit difficile inter vos inueniri, qui sincere & iuste seruet amicitiae leges, vt decet amicos qui benefacienti opitulerur, succurrat &c: quae erit mihi spes (quaerit Diuus Chrysostom.) vobis posse me persuadere dilectionem inimicorum, vt benefaciat his, qui oderunt vos, vt oreis pro persequentibus & calumniantibus vos. Si amicorum dilectio suos inuoluit difficultates, vt talis sit qualem requirit Deus: quantas inuoluet amor inimicorum? qua ratione igitur, o Pater, reddis nobis facilem? Reddam facilem si vobum hunc commanducemus. Attende ad verbum illud: Ego autem dico vobis. Quis sit ille qui vobis hoc mandat

Hoc significauit Deus, cum de lege Evangelica loqueretur, quam, factus homo, mundo promulgaret, vt notat Diuus August. & declarauimus, *Attendite ad me popule meus, & tribus mea me audite; quia lex a me exiit.* Et in re veritate facile tibi erit, diuina comitante gratia lege in hanc implere, & inimicum diligere, si accenderis, quis ille sit, qui tibi hoc praecipit, & quali ex ore hoc decretum dimanet.

Nihil magis vilitatem in Republica quam confignationes. Regi debet decem milia ducatorum, sicut potest debere & adhuc plura receptor generalis Regis dominiorum: confignat Rex ex illis, quingentos cuidam, quem numquam vidisti, & alios trecentos alteri, quem ne quidem nosti. Rogo te, au tibi sit difficile istas summas soluere talibus hominibus? Respondes, difficile fore, si eos tantum considerares, cum illis praecile non debeas, ne quidam teruncium: verum nulla est difficultas in soluendo, si regem attendas, qui eis hanc summam confignat, ex iis, quas ipsi debes: nec bene obiteres, nihil ipsis debeo: licet enim hoc verum sit, si ipsos in se consideraueris, tamen ipsis debes has pecunias, si Regem attendas & eius confignationem quam tibi mittit manu propria signatam, de qua sic ipse: Ego rex, Deus Dominus ac Rex noster est, cui ob mille titulos totum tuum debes amorem, totum cor, voluntatem totam. Diliges Dominum Deum tuum. ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua, & ex omnibus viribus tuis.

Talem ei amorem debes, quem si habere posses infinitum, totum illi deberes: Hoc vero agit ille Dominus, assignationem conscribit eius amoris, quem illi tenentis, vt partem eius soluas ei, qui te oderit, & partem aliam ei, qui te persequitur, & partem aliam tuo inimico, huius rei hanc lego confignationis sedulam:

I,  
Facilis  
redditur  
dilectio  
inimico-  
rum.  
I  
Lib. de  
vniuersa  
Ec-  
clesia Ista  
e. 114.  
Tract. 5. p.  
4. p. 4. &  
seqq.  
II.  
Similitu-  
do.

Deuter. 6.  
1. Mat. 6.  
23. 36.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, q. d. Ex tanto cumulo dilectionis, qua mihi obligaris, da partem inimico tuo. O Domine: nihil ei debeo. Transeat, si cum in te consideres, sed mihi multum obstringeris, & ex eo mens mea est, vt illi des partem, idque non ob id, quod illi debes; sed per meam confignationem.

Ex hac doctrina declarat Diuus August. difficultatem, quae ex iisdem verbis Domini sumptis originem. Acedit legisperitus, & tentans Christum inuenerit: Quod est mandatum magnum in lege? Respondet Christus; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omni mente tua, & ex omnibus viribus tuis. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. His verbis auditus duae nascuntur difficultates. Prima: Domine, ille legisperitus non te inuenerit, nisi de vno magno & primo legis mandato. Quod est mandatum magnum in lege? Cur illi de duobus respondes? Conuenire debet interrogationi responsio, & sicut, qui te de duobus interrogaret, si ei de vno tantum responderes, nulla esset responsio, ita cum de vno tantum interrogaris, & de duobus respondes, superuacanea videtur esse responsio. Secunda: videris, Domine, tibi contra dicere, si dixeris, (sicut Diuus August.) Hoc est primum mandatum: Diliges Dominum Deum tuum: ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omni mente tua, & ex omnibus viribus tuis. Quomodo statim annectis amorem proximi? Si totius cordis & animae amor Deo datur, quid mihi & proximo supererit? Si lex dicit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, quid remanet de corde tuo, unde diligas teipsum & proximum? quid de anima tua: quid de mentis tua? Qui totum sibi deposcit, nihil tibi reliquit, unde potes contristari ac ipsi dicere: Totum sibi exigit, si nihil mihi remansit, unde diligam te: quia ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente iubeor diligere, qui fecit me, quomodo secundo precepto videri diligere proximum inquam meipsum?

Fateor, ait Sanctus, Deum a te exigere amorem ex toto corde tuo, & ex tota anima, & pariter amorem erga teipsum & proximum, & inimicum: quia amor ille, quem & inimico proximo tuo petis, non vult, vt differat ab eo, quo Deum teneris diligere, quin potius desiderat, & praecipit, vt ex eo amore, quo Deum diligis, sumas quo proximum tuum & inimi-

eum diligas. Non enim petit, vt eum propter  
ipsum diligas, nec propter id, quod in se est,  
sed propter hoc quod Deum teneris amare. Ex  
eo enim casu quo Deum diligis, debes dilige-  
re eum, quem tibi præcipit diligendum; &  
id quod ipse, vt suum quid habet. Et hoc ita  
se habet, esse unum hoc ex argumentis, quæ  
tibi proponenda sunt, vt te examines an vere  
diligas Deum, discutere, an ames proximum:  
conscriptum enim ipse sui amoris consignatio-  
nem & præceptum, vt ex eo, quod illi debes,  
des inimico tuo. Hoc mandatum habemus à Deo,  
vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Ita  
amoris discipulus, cui & addit: Si quis dixerit:  
quamquam diligo Deum, & fratrem suum oderit,  
mendax est. Deinde iudicio Christus statuit  
legem diuini amoris, illico adiungit amorem  
proximi: quia ex ratione hic ab illo dependet  
vt vbi ille sit, necesse est & alterum inueniri,  
& vbi ille desit, perspicuum est nec alium  
esse.

dum tibi sanum suggerit consilium quid tibi  
faciendum sit. dum alius te aut offendit, aut  
calumniatur.

Depreme cor tuum, & suscipe & inclina au-  
rem tuam, & suscipe verba intellectus, & ne se-  
simes in tempore obductionis. Quotiescumque te  
aliquis calumniatus est, Depreme cor tuum, con-  
tine te, dispone mentem tuam, & Diuina ver-  
ba suscipe, quotiescumque exsurgent nubes,  
quæ soli lucem impediunt, & obducant (Hoc  
proprie vocatur Tempus obductionis) ne velox sis,  
ne præcipites, velut equus stimulo percussus,  
aut a mulca vel tabano cortosus. Quam gra-  
phice depingit, id quod contingit, quando  
tibi quisquam iniuriam irrogat, dum illud vo-  
cat Tempus obductionis: quo enim momento te  
quis offendit, sanguis circa cor ebullit, &  
velut vapores, diuersæ conscendunt cogitatio-  
nes in cerebrum, vnde illæ, illum prouocandi,  
illum agrediendi. O quam spissi vapores, qui  
rationis tuæ lumen obnubilant. Construbatus est  
in ira oculus meus, ait Dauid: Hoc si tibi con-  
tingerit, Depreme cor tuum, & suscipe: ne præ-  
cipies, ne curras, sed oculos ad Deum erige,  
& diuina eius præcepta intellige, quibus te il-  
luminat. Suscipe verba intellectus: attende, quis  
sit ille, qui tibi dicit: Ego autem dico vobis: di-  
ligite, &c.

An non memoriam restitit eius, quod nar-  
ratur de ceruo & coruo? Est coruus inter aues,  
altissimus, ita vt videatur poltere intellectu  
& discursu, de quo Plinius rara & stupenda  
narrat & particulariter de intelligentia coruo-  
rum. Ceruus omnium animalium cursu velo-  
cissimus, currit, & nescit quo, vnde & sæ-  
pius se præcipitio collidit: apud Aegyptios vero  
symbolum est hominis temerarii. Accidit  
ut coruus præ fame voracissimus, appetat cer-  
uinæ carnes: Quid remediū? sese arenæ mol-  
lit & reuoluit, alas suas arenis suffragit, quibus  
illico capit. cerui insidet, & rostro foriter cer-  
uicem eius inquit. Ceruus caput retroflectit &  
oculos, vt quis, com pungat, videat. Tum  
coruus, a as exutit quo puluis omnis ceru-  
inæ, cerui oculis insiliat, qua & obnubilatur e-  
ius obtutus, & peritus excæcatur. Persisterat  
coruus, pungit, laniat, ceruum vulnerat,  
unde agitur ceruus saltus edit maximos, ro-  
tus currit viribus, quo cum vget dolor. Sic  
subiudes dum currit sed nec advertens, quo  
tendat, subito in præcipitium iuit, pedes  
confungit, dilacerat artus, fit prada coruo.

Eccle. 12. 20.

Psal. 34. 10.

I. Deus est, qui nobis hoc præcipit.

II. Similitudo.

4. 10. 11.

Thad. 5. 1. 12. 13.

Thad. 7. 1. 12. 13.

Quod si ego ex ins, quæ mihi debes, con-  
signationem scribo in vicinum tuum, eo ipso  
quo proestaris nihil ei à te dandum debent,  
proestaris te nihil mihi debere, quia hoc tibi  
præcepi, vt quod mihi debes, hoc totum vel  
eius partem vicino tuo dares. Hoc Sacra do-  
cet Theologia te non obligari: ex naturali in-  
clinatione eum, qui te oderit, dilige e, vel  
quia ei in quodam obstringeris, sed ex amoris  
charitate. Hic est amor ille, qui magis dire-  
ctè Deum intuerur, & diligit propter se, &  
proximum non propter se, sed propter Deum.  
Charitas diligit Deum propter se, & proximum  
propter Deum. Hic est ignis ille, quem hausit  
summus sacerdos Aaron iubente Moysè, in  
remedium contra eos, qui mouebant leditio-  
nes: nec erat ei proprius ignis, sed nec ex  
proprio desumptus sacro, sed ex altari Dei;  
ita nos alibi.

§. 5. Luce tibi erit inimicum diligere, non  
eum consideranti, sed eum qui tibi hoc præ-  
cipit: ne percus vs ceruus, nec te furor  
occidat.

16 Hoc desideras, vt tibi facilis sit amor nimi-  
corum? Attende eum qui tibi hoc præci-  
pit. Attende ad me, popule meus: veri a eius  
intellige, & quasi consignationis scedulam ea  
pende, hoc tibi indicauit Spiritus Sanctus.